



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

Titvlvs. XXXII. De novi Operis Nuntiatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

lium Monasteria ingrediendi licentiam de Jure esse debere specialem, hoc est, specialiter ipsum ingressum exprimentem, c. 2. cit. pr. & obtentam in scriptis, ex decreto Trident. cap. 5. cit. neque sufficere tacitam, generalem, & oretenuis concessam, cit. Sanchez cap. 16. à n. 28. Palao p. 10. §. 2. n. 6. & Tamburin. q. 5. an. 1. saltem extra casum urgentis necessitatis, & seclusa consuetudine: quā Jurium, clauſurā conceruentium, rigor, tam quoad ingressum, foeminarum præsternit ac puerarum, quam quoad licentia modum in Germaniæ nostræ Monasteriis in pluribus derogatum, obseruant Laiman Lib. 4. tract. 5. cap. 12. n. 13. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 44.

**I**PO. Poenæ in violatores clausuræ, sive legi Ecclesiasticae, ingressum in monialium Monasteria vetantis, transgressores Jure proditæ sunt. Imprimis excommunicatio major non reservata, à Concilio Tridentino cap. 5. cit. imposita personis, illa ingredientibus sine licentia Episcopi vel superioris: quam censuram cum reservatione ex cit. Conſtitut. Gregorii XIII. quæ incipit *Ubi gratia*, olim incurribant,

qui Monasteria illa ingrediebantur prætextu facultatis à sede Apostolica concessæ: nec non Abbates, Abbatissæ, ipsæ moniales, & quicunque alii, ingressum ejusmodi facultatum prætextu fontes aut permittentes. Deinde privatio dignitatum, beneficiorum & officiorum, & ad hæc aliisque in posterum obtinenda inhabilitas, *Conſtitut. cit.* ab eodem Papa statuta in eosdem Abbates & superiores conventus, ipsasq; moniales & alios ingressum fontes aut permittentes: uti & in omnes, qui prætextu licentia ab Episcopo vel superiori obtentæ dicta Monasteria ingrediuntur pro libitu & extra casus necessitatis; ac proinde deficiente & cessante cauſâ, ob quam ingrediendi licentia concessa fuit. Demum ab eodem Papa *Conſtitut.* quæ incipit *Dubius cit.* variae poenæ decretæ sunt in Episcopos & aliisque prelatos Seculares & Regulares, monialium Monasteria ingrediendi facultate, à Jure sibi tributâ, extra casus necessitatis utentes: quas poenas latè discussas dabit cit. Sanchez cap. 16. à n. 7. & quomodo ea relaxari valeant, colligetur ex dictis à n. 64.



## TITVLVS XXXII.

### De novi Operis Nuntiatione.

#### SUMMARIUM.

1. *Iſtā probibetur erexitio vel mutatio adiſcī;*
2. *Solō conjuncti vel conjungendi;*
3. *Jāmque inchoati;*
4. *Fieri ea trībus modis potest.*

5. *Facta impedit capiti operis prosecutionem;*
6. *Ut post eam factum deſtruendum fit;*
7. *Nisi adiſcantū jūe notorium, vel nuntiatio fit remissa;*
8. *Vel nuntians jurare de calumnia, recusarit, aut re integrā moriatur,*  
*p. Vel juc.*

9. *Vel ius suum non probabit intra trimestre,*  
10. *Vel demum nuntiatio a judice sit revocata.*

**C.** **I**dem, tam Prælati quam subditi, aliquando delinquunt, Ecclesiæ, Monasteria, Capellas aliquæ loca Sacra vel Religiosa, aut etiam prophana ædificia &c. extruendò, vel in aliorum præjudicium demoliendò: quod temere molientibus occurrit per novi operis nuntiationem, hoc est, legitimam prohibitionem; ne Ecclesia, Monasterium vel aliud novum opus extrahatur aut extructum, novâ mole impositâ, fenestrâ alicubi apertâ, parietè dejecto &c. immutetur: vel; ne in extructione aut mutatione cæpta pergatur, donec de ædificationis jure confiterit, l. I. §. 21. ff. hæc Rubr. ubi Holiens. in Summa n. 1. & Zœsius in ff. Rubr. cit. n. 2.

**E.** Dixi autem primò Operis, hoc est, solò conjuncti vel conjungendi, ut in eo permaneat: cuius destrucción vel etiam demolitio novum opus censemur; nam, si quis messem colligat, arbores succidat, vineam putet, etiam opus faciat, contra eum tamen novi operis nuntiatio non habet locum, cit. l. I. §. 12. juncitâ Glossâ V. In solo, Zœsius l. cit. n. 3. & Perez in C. hic, n. 2.

Dixi secundò Novi, hoc est, jam inchoati, sed nondum perfecti, ex lapidibus, lignis, aliâve materiâ necessariâ jam paratâ, inchoandi, Duarenus in c. Significantibus 3. ubi Barbosa n. 4. quia novi operis nuntiatio non competit adversus ea, quæ jam ante nuntiationem sunt facta & perfecta; ne vg. vetus & ruinosum ædificium fulciatur, vel ad pristinam formam renovetur &c. l. cit. §. 13. nam Edictum de novi operis nuntiatione prohibitorum est: quæ autem jam facta &

perfecta sunt, nequeunt prohiberi; ac proinde adversus ea recurrendum est ad Interdictum. *Quod vi aut clam; ut, quod illicite factum est, restituatur*, cit. §. 1. Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 706. n. 10. cit. Zœsius n. 4. & Perez n. 2.

Fieri novi operis nuntiatio potest e. 4<sup>o</sup> tiā die feriato, l. I. cit. §. 4. juncitâ Glossâ V. *Omnibus diebus*: & tribus modis solet. Primò, ab ipso denuntiante solò verbô extra judicium adversario, id molienti, denuntiandò, ne quid novi operis moliatur, vel cæptum profequatur. Secundò, per magistratum sive judicem, petendò ab isto, ut novum opus fieri prohibeat. Tertiò, per appositionem manūs, sive lapidum vel materiæ jam paratæ disperitionem, imò jaclū unius lapidis in locum, ubi opus fit, aut lapidis ex opere cæpto amotionem, l. De pupillo s. ff. hæc Rubr. interventionibus tamen verbis aut nutu aliōve signo æquivalente, & prohibitionem significante, cit. Zœsius n. 12. Perez n. 11. & Gonzalez in c. fin. n. 4.

Quocunque autem ex his modis facta nuntiatio cum effectum habet, quod is, cui facta est, licet quod jam struetum aut immutatum est, statim demoliri aut pristina formæ restituere non teneatur, nihilominus ab opere cæpto debeat desistere, & cum nuntiante judicis jurisdictioni se subjicere, donec, re examinata de ædificationis jure confiterit, l. Non solum 8. §. 4. ff. Rubr. cit. cit. Holiens. n. 12. Zœsius & Perez n. 13. Quod publicæ utilitatis causâ statutum est; ut quilibet jus suum integrum facilius valeat conservare.

Quodsi, spretâ nuntiatione, pergit, ad puniendam ejus contumaciam, quidquid post eam ædificatum est, expensis ipsius ædificantis demoliendum est ante omnem cognitionem judicialeq., an jus

S. 3. habeat

habeat vel non; ut ædificans audiendus non sit, quantumvis de eo, quod post nuntiationem ædificatum est, si id contra nuntiantis jus factum esse, legitime probetur, demoliendo cautionem præstare, vel de jure suo docere sit paratus, *l. 1. tit. pr. & l. Prator 20. §. 1. ff. bāc Rubr.* Quæ Juris Imperialis dispositio in foro Ecclesiastico recepta est, & c. 1. disertè approbata partim; quod, opere jam perfecto, durior si conditio nuntiantis, & difficilius veniatur ad demolitionem. Cum ergo latius sit præjudicio & damno inferendo occurtere, quam post illud jam illatum remedium querere, *c. fin. C. Ex quibus causis in integ. resist. rectè ante cognitionem judicialem de jure ædificantis inhibetur operis structura & destruitur, quod stratum est post inhibitionem: partim verò; quod nuntatio ista habetur instar appellationis extrajudicialis: quâ pendente nihil attendandum est, & attentata ante omnia revocanda, *c. 1. de Appellat. Gonzalez in c. fin. cit. n. 7.**

Imo epus à vicino in eo, quod possidimus, factum propriâ authoritate destrui potest: dummodo id non ex intervallo, sed in continenti fiat; quia in continentia vi repellit videtur: quod Jure permisum, patet ex *l. Sed si 27. ff. de Servit. Urban. prad. & l. Quod est 3. §. 9. ff. de Vi armata, Zœlius l. cit. n. 16.*

7.

Non defunt tamen variii casus, quibus hæc tenus declaratam vim non habet nuntatio; ut post eam cæptum opus perficiens ad demolitionem non teneatur. Primo quidem, si ædificandi jus sit notoriū, & nuntatio notoriè injusta; cum enim, ubi nuntiantem, prohibendi jus non habere, constat, nuntatio remittatur, *l. Prator cit. pr. meritè etiam notoriè injusa contemnitur; quia frustra iuris certi liquidatio expectatur, cito. Zœlius & Perez n. 15. contra Fachineum.*

contrarium sustinentem *Controvers. Lib. 8. cap. 44. ex Regula; quod privatis concedendum non sit, quod Magistratus publicâ authoritate fieri potest, l. Factum 170. ff. de R. I.*

Secundo, si nuntians, re adhuc integrâ, sive antequam aliquid ædificatum sit, moriatur, *l. Non solum 8. §. 6. ff. bīc. Gloss. in c. Cūm ex in juncto 2. V. Remissionem: aut nuntiationem ædificanti remittat, l. cit. §. 4. & c. cit. ibi. Si ante remissionem ædificaverit: vel ab isto recipiat cautionem de opere, ubi, iniuste cæptum esse constiterit, demoliendo, *l. Prator 20. cit. §. 9. & c. Significantibus 3.**

cum enim nuntiandi jus immediate spelet favorem nuntiantis, hic ei renuntiare utique potest, *c. Si de terra 6. de Privileg. cit. Hostiens. n. 11.*

Tertio, si nuntians ad exactionem

ædificantis, coram judice jurare nolit de calumnia; sive, quod existimet, se justam causam habere prohibendi operis cæpti perfectionem, *l. De pupillo 5. §. 14. ff. bāc Rubr.* quia ejusmodi juramentū præstare recusans, ædificantem malitiosè impediendi animō nuntiâsse, præsumitur; atque idcirco ædificanti nuntiatio remittatur, & pro non facta habetur, Hostiens. cit. n. 11. in fine, & Molina cit. disp. 706. n. 32.

Quarto, si idem nuntians intra trium mensum spatium non probaverit, prohibendi jus sibi competitivisse, *c. fin.* nam etiam hoc casu ædificans, præstâ & oblatâ satisfactione, cæptum opus prosequi permittitur; ne inanibus nuntiationibus ædifica nimis longè tempore prohibeantur, *cito. Zœlius n. 17. & Molina n. 45.*

Quintò, si judex nuntiationem permissionem revocaverit, *l. Si opus 16. ff. bīc:* vel sit periculum in mora; ut dilatio ædificii grave damnum allatura rationabiliter timeatur; hoc enim casu nuntiatio

impune

impud contemnitur, *l. De papillo cit.*  
 §. 12. Ratio est partim, que hoc tex-  
 tu redditur; quod multo melius sit, omittit  
 novi operis nuntiationem, quam im-  
 pediri operis necessarii urgentem extru-  
 sionem: partim; quod, ubi periculum

ia mora est, recedere liceat à Regulis Ju-  
 ris communis, & prohibitiva istius di-  
 spositio remittatur, Gaillius Lib. 1. Ob-  
 servat. 16. n. 8. quocum & Molisa dis-  
 cit. hac de re Interpp. ad hanc Rubr. ff.  
 & C. plura dabunt.



## TITVLVS XXXIII.

### De Privilegiis & Excessibus Privile- giatorum.

**S**icut Exemptorum & aliorum  
 Privilegia violati, sic istis illis,  
 temere & in Prælatorum præ-  
 judicium & contemptum abuti, non de-  
 bent: & abusu non minus subditi, quam  
 diminutione Prælati, delinquent.

#### ARTICULUS I.

### De Privilegii Natura & Conditionibus.

#### SUMMARIUM.

1. *Privilegii etymon ac definitio.*
2. *Eius differentia à Lege:*
3. *A Dispensatione,*
4. *Et Gratiâ seu beneficio Principis.*
5. *Conceditur à Legis conditore iiiiis.*  
*que successore,*
6. *Personis eius jurisdictioni subiectis:*
7. *Imò etiam non subiectis.*
8. *Scriptura necessaria non est ad ejus*  
*valorem,*
9. *Sed ad probationem tantum:*

10. *Extra casus quosdam Jure ex-  
 pressos.*
11. *Privilegium sine causa illicite:*
12. *Validè tamen conceditur.*
13. *Idem promulgationem quandam*  
*exigit; ut alios obliget.*
14. *Imò etiam; ut communitatib;*
15. *Non etiam; ut particulari perso-  
 ne privilegiata profite.*

**P**RIVILEGII nomen derivatum seu **I.**  
 compositum est ex gemina voce  
*Privius & Lex:* quarum illa pri-  
 vatum ac singularem significat.  
 Unde etiam per definitionem esse dicitur  
 Lex privata, speciale aliquod beneficium  
 aut favorem contra vel præter Jus con-  
 cedens, *can. Privilegia 3. diss. 3. c. In-*  
*ia 3. hæc Rubr. & c. Abbate 25. de V.S.*  
 Senus est, Privilegium esse favorem seu  
 gratiam, quâ à legitimo superiore uni  
 vel pluribus personis particularibus, aut  
 collegio, universitati vel ejus parti, aut  
 loco, vg. Ecclesiæ, Oppido, castro,  
 cum aliqua duratione & stabilitate con-  
 ceditur facultas aliquid præter vel contra  
 legem